


22


40. 17. 17

Reinhold

Ja. 2013.







FLORA QUASIMODOGENITA,
SIVE
ENUMERATIO
ALIQOT PLANTARUM
INDIGENARUM
IN PRUSSIA,

Quarum in Herbariis hactenus editis Borusficis aut nulla,
aut superficialia facta est mentio,

ADDITIS NONNULLIS
ICONIBUS, DESCRIPTIONIBUS
& OBSERVATIONIBUS,
NEC NON ANNEKO
FLORILEGIO,

AD CLIMA PRUSSIE ACCOMMODATO:
IN GRATIAM BOTANOPHILORUM,
ADORNATA
studio

M. GEORGII ANDREÆ HELWING,

Past. Angerburg. & Reg. Scient. Soc. Brand Membri,

CUM PRÆFATIONE

JOHANNIS PHILIPPI BREYNIÏ, Med. D.

In qua de Scriptoribus Rerum Naturalium Boruffiæ
& Poloniæ agitur, & multi errores Floræ Prufficæ
modestè corriguntur.

G E D A N I, ANNO MDCCXII.

Imprimebat JOANNES DANIEL STOLLIUS,

FLORA QUASSIMODOGENITA
LIX
EMMERATIO
ALPHABETICUM
INDIGENARUM
IN PARS IIIA

On the 14th of May 1791 the author of this book was in the
Garden of the University of Halle

ICONSUETUDINIBUS

PROLOGIO

DE GROSSE ANDREAE FRIEDRICH

in der de Soubodens Kungl. Medicin. Facultät
in der de Soubodens Kungl. Medicin. Facultät

JOHANNES DANIEL STOLLIUS
in der de Soubodens Kungl. Medicin. Facultät
in der de Soubodens Kungl. Medicin. Facultät

1791
Halle
JOHANNES DANIEL STOLLIUS





JOHANNIS PHILIPPI BREYNIJ,
MEDICINÆ DOCTORIS

&

REG. SOCIET. ANGLIC. SOCIJ

PRÆFATIO

AD LECTOREM BENEVOLUM.



Quantæ existimationis sit apud
exteras Nationes Historiæ ea
Pars, quæ Naturalis audit, non
tantum tot hinc inde ad promo-
vendam hanc Regum Princi-
pumq; etiam auctoritate stabili-
tæ testantur Societates; sed &
tot splendida haud exiguis sum-
tibus & improbo labore Rerum Naturalium ex
omni etiam Orbis angulo conquistarum indicant Ga-
zophylacia; tot Erudita ad Historiam hanc facientia
Magnorum Virorum loqvuntur Scripta: ut, qui hoc
negare auderet, planè quid in Republica Literaria
agatur, ignarum esse oporteret. Nec immeritò
sanè, cum juxta tritum illud Poetæ:

Omne tulit punctum, qui miscuit vile dulci.

A 2

Si

Si enim multifarium ejus, qui in Theologiam tam Naturalem, quàm Revelatam, in Jurisprudentiam, Politicam Artesq; Mechanicas varias, imprimis verò facram Mechaonis redandat, usum spectemus; Quid Utilius? si ineffabilem amœnitatem, quæ tot Reges etiam Principes Proceresq; à priscis, ad nostra usq; temporibus, ut Studium hoc magni faciant, allexit; quid excogitari potest Jucundius: quod cum verum sit, quàm quod verissimum, dolendum est summo-
 pere, in nulla ferme totius Europæ parte utilissimum hoc jucundissimumq; studium magis neglectui haberi, minusq; excoli, quàm in Borealibus hisce Regionibus. Quot enim non elapso & præsentè seculo Orbis literatus consumatissima in hoc Eruditionis genere vidit Volumina Gallorum, Britannorum, Belgarum, Itatorum, nec non Germanorum; dum in nostra Borussia & Polonia, vix unus vel alter lucem viderit libellus: cum tamen certè non desit hic amplissimus sese exercendi campus. Quod suo jam tempore probè perspexit Summè Reverendus in Christo pater, *Joannes Wigandus* mox laudandus, qui *Tractat. de Succino* p. 3. hanc ob rem indignabundus in hæc erumpit verba: *Profanos homines mittamus, qui nihil talium rerum considerant, & sunt tantum bestia voraces & inutilia pondera terre* Nos verò deploramus nostram cæcitatem, quòd undiq; in hoc pulcherrimo Mundo, cincti & obruti Donis Dei Amplissimis & Præstantissimis ea parum curamus, pleraq; non perspicimus, qualia quantaq; ea sint & vix nomina addiscimus. Ratio hujus defectûs non una est, quam sicco pede præterire nunc juvat, ne veritas nobis odium pariat. Ut tamen L. B. constet, quinam ex
 Nostra-

Nostratibus, (de Polonia & Borussia loquor) utut pauci & quodnam Symbolum ad promovendam Patriæ Historiam contulerunt Naturalem, Catalogum Auctorum & Scriptorum huc facientium paucis recensebo. Ut autem à Polonia exordium faciam, unicuique ferme est *Jodocus Willichius*, natus Rosellii in Borussia, Med. Doct. & Philos. Magister, variis Scriptis Medicis clarus. Hujus extat *de Salinis Cracovianis Observatio*, edita Cracovia 1543. & recusa cum Dedicatione ad Serenissimum Regem Uladislaum IV. & Præfatione operà *Johaunis Broscii, Dantisci* 1645. in 8vo. Ejusdem *Willichii Dialogos Salinares*, quorum ultima pagina mentionem facit, adhuc latere vel fortè deperditos esse, est quod dolemus.

Eodem anno 1645 *Guilielmus Hondius*, Chalcographus *Salisfordinas Wielicenses* unâ cum plano Civitatis ejusdem nominis, quatuor Tabulis majoribus artificiosissimè æri insculptas, & eidem R. M. dicatas, publici juris fecit.

Hicce addatur *Martini Bernhardt*, Regis Pol. Joannis Casimiri III. Botanici & Chirurghi (qui postea à *Bernitz* dictus Regiæ Personæ & Camerae factus est Medicus, cujus quædam etiam huc spectantes in Ephemeridibus Germanorum naturæ curiosi Medicophysicis existant Observationes) *Catalogus Plantarum, tum exoticarum, quàm indigenarum, quæ anno 1651. in Hortis Regiis Varsaviae & circa eandem spontè nascuntur, clementissimo suo Domino exhibitus, Dantisci* 1652. in 12mo. Qui quoq; in *Simonis Pauli Viridarii* variis, *Hafnie* 1653 editis, sed nomine Auctoris suppresso reperitur; & ut etiam aliquid ex Lithuania addamus, *Adalberti Tylkowskii* è Soc. Jesu *Disquisitio Physica essentia duorum Puerorum,*

rorum, quorum unus cum dente aureo, alter cum capite giganteo Vilna in Lithuania spectabatur; typis Monasterii Olivensis 1674. in 12mo.

Et hæc omnia sunt, quæ de his rebus extare didici; Herbarium enim Polonicum Simonis Syrennii, Crac 1613, in Fol. cum figuris impressum, titulo: *Simona Syreniusa*; Zielnik Herbarzem z Jezykã Lãcinskiego zowiã &c. w Krakowie 1613 cum nihil aliud sit, quàm Opus ex aliis Botanicis compilatum & in Polonorum gratiam in polonicam linguam translatum, huc non referendum.

Poloniã tamen hujus generis Scriptorum magis ferax nostra fuit Borussia, quæ cum olim, tum hodiè ob singulare Dei donum Succinum scilicet, cujus originem sibi soli ferè vendicat, imprimis claret, hoc quoque prima fuit materia, quæ curiosa ingenia exerceat. Primus quidem, quantum ego colligere valeo, fuit *Andreas Aurifaber*, Vratislaviensis Medicus, qui *succinãtam Succini* composuit *Historiam*, vernacula lingua, anno, ut Dedicatio testatur, 1551. quamvis mea editio de anno 1572. in 8vo. Eadem hæc contracta & in latinam versa, edita à *Laurentio Scholtzio*, 1593. invenitur inter Consilia Cratonis à *Krafftheim*, post librum quartum; ubi Tractatùs quoque calci additum *Danielis Hermanni*, Prussi, *Carmen de Rana ac Lacerta Succino Borussico insitis*, scriptum editumq; Cracovia.

Post Aurifabrum *Severinus Gæbelius*, Med. Doctor de Succino libros duos, quorum prior Theologicus, posterior verò de Succini Origine agit, conscripsit 1558 qui excusi sunt cum *Conradi Gesneri de omni rerum fossilium genere*, *Libris*; Tiguri 1565. in 8vo. Idem ille *Gæbelius*, Germanico postea idiomate edidit *Libellum de Succino* 1567. qui studio Filii recusus 1616. in 4to. Or-

Ordine tertius non solo Succino contentus, sed triplex Naturæ Regnum aggressus, *Joannes Wigandus*, SS. Theol. Doct. & ultimus Pomesaniensis Episcopus, Scriptis quamplurimis Theologicis notus, (qui ut summus admirabilis DEI in Operibus suis Lusûs contemplator æstimatorq; , ut ex Præfationibus Libelli mox dicendi, lectu dignissimis, quilibet colligere potest, primus fuerat nominandus) reliquit *veram Historiam de Succino Borussico, de Alce Borussica & de Herbis in Borussia nascentibus; item de Sale Considerationem Methodicam & Theologicam, quæ post Auctoris obitum publicæ luci data est, à Johanne Rosino, Jenæ 1590 in 8vo.*

Semiseculum postquam effluerat *Nicolaus Oelhausius*, Medicus Regius & Physicus Gedanensis *Elenchum* emisit *Plantarum circa Nobile Borussorum Dantiscum sua sponte nascentium, Dantisci 1643 in 4to.* In quo Plantarum 348. Nominacum Synonymis quibusdam locisq; natalibus, recenset.

Huic Appendicem Ampliff. D. Adriano de Linda, Præ-Consuli Gedanensi gravissimo, magnoq; Musarum t. t. Patrono inscriptam, adjecit *Christianus Mentzelius*, eo tempore Parentis mei, p. m. in Botanicis Præceptor, postea Sereniff. Electoris Brandenburgici Consiliarius & Archiater, cui titulus: *Centuria Plantarum circa Nobile Gedanum sponte nascentium, adjecta Appendicis loco ad Elenchum Plantarum Nicolai Oelhausii, collecta & edita à Christiano Menzelio, Dantisci 1650. in 4to.*

Oelhausii *Elenchum* denuo recensuit & locupletavit ejus Successor *Laurentius Eichstadius* anno 1656. in 8vo, ubi numerum Plantarum ad 384. auxit, omiffis ferme non omnibus à Mentzelio observatis, quod an studio, an incuriâ factum, dubito.

Eo-

Eodem ferè tempore, quo occupati fuere hi clarissimi Viri in colligendis publicandisque Gedanenſis ſoli plantis, eorum exemplo quoque excitatus Regiomonti *Joannes Læſelius*, Phil & Med. D. Anatomęque & Botan. ibidem Profeſſor, qui anno 1654. cum ipſe valetudine minus proſpera uteretur, per Filium ſuum ejusdem nominis divulgavit *Plantas in Boruſſia ſponte naſcentes*, Regiomonti in 4to. dedicavitque Sereniſſimo Electori Friderico Wilhelmo, additâ promiſſione deſcriptionis rariorum plantarum Pruſſicarum, quarum Icones jam æri incidendas curaverat, ut teſtatur Præfatio. Hic liber merus eſt Catalogus Stirpium in Boruſſia (ut auctor ait, quamvis potiſſimum ſaltem in vicinia Regiomonti reperiundas complectatur) ſponte natarum Latino-Germanicus, cum nonnullis Synonymis, quarum numerus ad 761. aſcendit.

Poſt hunc per dimidium ferme ſeculum nihil novi in Re Herbaria Prutenica lucem vidit publicam, etiamſi non defuerint Gedani imprimis Viri, & quidem plures, quàm hoc ipſo tempore, quod non absque rubore & indignatione fateri neceſſe habeo, quibus nobile Botanicę ſtudium cordi fuit, quos inter primus, etiam absque Philautiæ nota, laudandus mihi occurrit *Jacobus Breynius*, p. d. *Parens meus*, quem vel invidia puto fatebitur, Botanicę Rei peritia Decus Patrię fuiſſe, cuius rei hodiernum ſummo ſtudio & haud minoribus ſumptibus elaborata exſtant monumenta. Multum hic deſcriptionibus rariorum plantarum exoticarum præprimis impendit laboris, nihilominus & patrias quasdam detexit rariffimas, ut in *Ephemeridibus Germanorum Medico-Phyſicis*, hinc inde *Prodromis*que editis, præ-

præcipuè verò *Centuria rariorum & exoticarum Plantarum*, Gedani 1678. impressa, videri est. Pomerelliæ Viridarium summa *ἀνεβήα* conscribere sibi proposuerat, nisi aduersa valetudine, cum qua diu conflictatus est & subsequente morte impeditus fuisset; adeo ut chartis aliquid mandare vix ipsi licuerit, quod à me jam, si Deus vitam, sanitatem & pacem largiatur, expectandum.

Interim Cl. *Philippus Jacobus Hartmannus*, Phil. & Med. D. Ejusdemq; & Historiarum Professor, dum viveret, Regiomontanus ad condendam accuratiorem Succini Historiam, quam supra laudati nobis reliquerant, Tractatum evulgavit, cui rubrica: *Succini Prussici Physica & Civilis Historia*, Francof. 1677. in 8vo. Tandemq; hunc secuta est *Succincta Succini Prussici Historia & Demonstratio*, eodem Auctore, Berolini 1699. in 4to. In qua, si veram Succini originem & generationem non exhauserit, certò omnium verosimillimam & maxime plausibilem de ea fovet opinionem. Cui superaddidit *Tanti Parentis non degener Filius Inauguralem Dissertationem de Succino & ejus usu in Medicina Lugduni Batavorum nuperrimè ventilatam*. Ejusdem *Philippi Jacobi Hartmanni* prostant *Disquisitiones de Phoca & Gladio*, quarum illa 1683 hæc verò 1693. publicatæ *Regiomonti in 4to. in Ephemeridibus Germanorum* quoque reperiundæ.

Hic locum quoq; habeat, cum Borussia præ omnibus aliis Regionibus de tanto Alcium numero gloriatur, ut vera eorundem patria salutarî possit, præter *Wigandi supra citati, Andreae Baccii & Apollonii Menabeni*, cum *R. Dodonæi Epistola*, de hoc animali Tractatus, Cl. *Jo. Frider. Leopoldi*, M. D. & Practici dum viveret Lubecensis Pru-

dentissimi, Amici nostri etiam post fata colendi, (Viri ad promovendam Historiam Naturalem nati, sed proli dolor! in flore ætatis adverso fato nobis erepti, cujus Relationem Itineris Svecici propediem publicandam summo expectamus desiderio, utinam & cætera ejus MSS. magno Reipubl. Literariæ commodo typis excuderentur) *Dissertatio inauguralis de Alce, Basil. 1700, in 4to.*

Nec prætereundæ erunt binæ Dissertatiunculæ Doctissimi Viri M. Georgii Wendii, Gymnasii Thorunensis Rectoris & Prof. Anno 1704. *Thorunii defensæ, altera de Figuratis quibusdam Lapillis prope Thorunum in Vistula litoribus collectis; altera de Passione Christi mirandis quibusdam figuris in Regno Mineralium representata.*

Tandem verbo hic etiam mentio fiat Doctiff. M. Christiani Masceovii *Dissertationis Historico-Physicæ de Insula natante Gerdaviensi, vulgò Schwim ; Bruch, Regiomontis 1707, impressæ in 4to.*

Sed ut ad Vegetabile revertar Regnum, decem, præter propter à prima editione elapsis lustris Læselius, de quo supra, prodiit redivivus, Titulo sequentes: *Flora Prussica, sive Planta in Regno Prussia sponte nascentes, quarum Catalogum & nomina Johannes Læselius, P. & M. Doct. &c. olim disseruit, nunc additis nitidissimis Iconibus rariorum Plantarum, earundemq; accurata Descriptione, nec non adjectis Synonymis veterum Botanisorum, interspersisq; Observationibus Historico-Philologico-Criticis & Medico-Præcticis, noviter efflorescentes, curante Johanne Gottfriedo, Ph & Med. D. Physic. Prof. Ord. & Reg. Scient. Soc. Brandenburg. Membro. Regiomonti 1703, in 4to cum multis Tabulis æneis; Augustissimo in Prussia Regi dicatum.*
Opus,

Opus, non Medicis saltem, sed & cæterarum facultatum cultoribus utile, in quo Doctissimus p. m. & in omni Medicinæ parte versatissimus Vir *Job. Gottsched*, longiore certè vitâ dignus ex MSS, Læselianis Descriptionibus & Icones rariorum Plantarum Prutenicarum dudum jam promissas cum Synonymis & Observationibus variis adjecit, & in publicum emisit, pro qua opera, ut omnes boni, ita imprimis Rei Herbariæ Antistites & Tyrones ipsi gratias debent; quamvis de suo, me judice, vix aliquid addiderit, quod tamen in correctione nonnullarum Plantarum perverse à Læselio nominatarum & pro novis venditarum necessarium fuisset, ut ex hujus Præfationis sine palam fiet.

Cum itaq; Læselius illas, ut antea jam monuimus, potissimum congefferit Plantas, quæ circa Regiometum inq; locis vicinis luxuriant, procul abest omnes in Borussia nascentes ab ipso esse deprehensas, imprimis, quod hic vix unius hominis, sed plurimum labor. Quod probè perspicuus *Vir admodum Reverendus & Doctissimus, M. GEORGIUS ANDREAS HELWING, Pastor Angerburgensis*, Amicus inter primos numerandus, pro eo, quo fertur in Studium Botanicum amore, Plantas hinc inde in Patria à Læselio non observatas, vel omittas, nonnullas quoq; planè novas collegit, earumq; Nomina cum Synonymis in Ordinem Alphabeticum digessit, ut Appendicis loco ad Floram Prusicam inseruire possent, quam FLORÆ QUASIMODOGENITÆ titulo insignivit. Et hic quidem præfatus est Tractatulus, in cujus gratiam Præfationem hanc conscripsi, quæ eò potissimum tendit: *Io, ut præ-*

beat L. B. quid hactenus in Historia Naturali Borussiae & Poloniae & praesertim in parte, quae Botanica dicitur, actum sit, & ut laudatorum Virorum exemplis alii excitentur ex Conterraneis, ad conquirendos detegendosq; Naturae Thesuros, in locis praecipuis unicuiq; vicinis. Ille. Ut constet ratio, cur meâ curâ & sumptibus Flora haec prodeat. Prius in praecedentibus egi, de posteriori pauca adhuc dicenda, restant. Nimirum rogatus à Reverendo Domino Auctore, ut editionem hujus Opusculi promoverem, ego, qui à teneris jam Naturalis Historiae & imprimis Botanices Studium mihi hæreditarium in deliciis habui summis, ne in scriniis lateret ulterius MS. vel perderetur, ipsius petitioni deesse nolui, sed paratâ pecunia ab ipso MS. cū multis figuris nativis coloribus depictis ante biennium & quod excedit, coëmi, quod nunc absque invidia cum Orbe Literato communico, addita figura una vel altera selectiori. Potuissim equidem Prutenicarum stirpium Catalogum adhuc quamplurimis rarissimis partim, partim etiam omnino non descriptis, à me & parente meo observatis augere: nisi easdem alii quod meditor, Operi destinassim.

Scopum Opusculi ipsum fusiùs in Præfatione sequenti explicuit ipse Rever. Auctor, ad quam L. remitto. Unicum saltem adhuc addam, nimirum Trigram illam Plantarum Wigando incognitarum, quarum in calce Floræ Quasimod. fit mentio, facile comparari posse cum sequentibus:

Prima scilicet, est me iudice *Dentaria Heptaphyllos baccifera*, C. B. Pin. 322. Vid. *Flor. Prussic. & Flor. Quasimodogenitans.*

Secunda est *Umbellifera* quaedam, quæ autem præcisè sit, ex curta nimis descriptione determinare vix licet.

Tertia

Tertia est Chamæpitys cærulea Austriaca, C. B. Pin. 250. Vid. Flor. Quasimod. Elegantissimam hanc plantam semel Parens quoque in Pomerellia observavit.

Antequam verò manum de tabula, *Errores Læselii & Gottschedii in Flora Prussica*, ratione novarum Plantarum, quibus nomen Iohannis Læselii annectitur, commissos, quod supra promiseram, rogatus ab amicis quibusdam, in gratiam Batanophylorum, sequenti modo detego & corrigo:

Alsine marina foliis Portulacæ, J. L. est *Alsine littoralis, foliis Portulacæ, C. B. Pin. 251.*

Alsine bifolia fructu Coriandri radice geniculata, J. L. est *Glaux maritima, C. B. Pin. 215.*

Angelica silvestris major hirsuta J. L. est *Angelica silvest. hirsuta inodora, C. B. Pin. 156.*

Atractylis aculeata foliis maximè laciniatis, J. L. videtur *Cirsium Acanthoides montanum flore flavescente, Tournefort. Inst. R. H. Carduus pratensis foliis tenuibus laciniatis, C. B. Pin. 320. Erisithales, Lugd.*

Carduus spinosissimus angustifolius pratensis, J. L. videtur *saltem varietas Cardui spinosissimi angustifolii vulgaris, C. B. Pin. 385.*

Caryophyllata prolifera flosculis elegantissimis, J. L. est *Caryophyllata aquatica altera, C. B. Pin. 322.*

Chrysanthemum foliis Tanaceti, J. L. est *Buphtbalmum Tanaceti minoris foliis, C. B. Pin. 134.*

Conyza palustris fol. tripartito divisis, J. L. est *Cannabina aquatica folio tripartito diviso, C. B. Pin. 321.*

Conyza palustris foliis ferratis, J. L. est *Cannabina aquatica, folio non diviso, C. B. Pin. 321.*

Erica

Erica baccifera tenuifolia baccis nigris, J. L. *me iudice non differt ab Erica baccifera procumbente nigra, C. B. Pin. 487.*

Fucus marinus πολυκίδης, J. L. *est Fucus seu Alga exigua dichotomos, foliorum segmentis longiusculis, crassis & subrotundis, Razi Synops. 4.*

Fungorum plurimi à J. Læselio recensiti possent ad alios ab Auctoribus descriptos reduci, quod, quia necdum satis à me examinati, ad aliud tempus remitto.

Glaux aquatica fol. subrotundo, J. L. *quam hoc nomine depingit, non est Glaux maritima C. B. Pin. 215. (de qua supra) ut vult Auctor; sed an Glaux palustris flore striato clauso, foliis Portulacæ, Tournefort Inst. R.H. vel Glaux latiore folio Thuringiaca, C. B. Pin. 215?*

Gramen montanum odoratum spicatum, J. L. & **Gramen arvense odoratum spicatum**, J. L. *varietate saltem differunt, & cum Gramine pratense spica flavescente C. B. Pin. 3. (in quo ratione loci natalis magnam deprehendi varietatem) conveniunt.*

Gramen arvense spica compacta divulsa, J. L. *est Gramen spicatum folio aspero, C. B. Pin. 3.*

Gramen cristatum radiculis nigricantibus, J. L. *est Gramen foliolis junceis brevibus, minus, C. B. Pin. 5. & Theatr. 73.*

Gramen paniculatum molle, panicula dilutè cærulea, J. L. *est varietas Graminis pratensis paniculati mollis, C. B. Pin. 2. ratione panicula, quæ nunc incana, nunc cærulefcens reperitur.*

Gramen Mariæ Borussorum J. L. *est Gramen paniculatum odoratum, C. B. Pin. 3. & Prodr. 7. ubi etiam figura* ①

- gura reperitur, sed qua nullo modo hoc Gramen exprimit, illa verò in Fl. Prussica est satis laudabilis.*
- Gramen Caryophyllatū polycarpon fructu triangulo, J. L. est Gramen caryophyllatum montanum spica varia C. B. Pin. 4a & Prodr. 9. Figura, qua in Fl. Prussica Bauhiniana longè preferenda.
- Gramen junceum femine acuminato, J. L. est Juncus montanus palustris, Razi Synops. 272. Juncus acutus Cambrobritannicus, Parkensoni Theatr. 1193.
- Gramen cyperoides spicis curtis divulsis, J. L. est Gr. cyperoides spica ex pluribus spicis mollibus composita, Razi Synops. 268.
- Gramen cyperoides spica variante J. L. est Graminis nigrolutei verni varietas major, J. B.
- Gramen exile cyperoides spicis nigris, J. L. est Gram. Nigrolutei verni varietas minor, J. B.
- Gramen arundinaceum, foliis acutissimis, panicula multiplici, Cyperi facie, J. L. est Gr. Cyperoides Miliaceum, C. B. Pin. 6. Cyperus gramineus, J. B.
- Gramen arundinaceum, paniceum, divisa paniculā, J. L. est Gr. arundinaceum acerosa gluma nostras, Parkens. Theatr. 1273.
- Hieracium montanum hirsutum ramosum, J. L. est Hieracium murorum folio pilosissimo, C. B. Pin. 129.
- Juncellus cyperoides capitulo simplici, J. L. est Juncus capitulis Equiseti major, C. B. Pin. 12.
- Lathyrus angustifolius radice tuberosa, J. L. est Astragalus Sylvaticus foliis oblongis glabris, C. B. Pin. 351. Orobus Sylvaticus fol. oblongis glabris, Tournefort. Inst. R. H. 393. Len-

- Lenticula palustris angustifolia &c. J. L. videtur nova
Stellariae aquatica species.
- Lychnis sylvest. viscosa fol. Otitidis, J. L. est *Lychnis montana viscosa alba latifolia*, C. B. Pin. 205.
- Lysimachia hirsuta, purpurea, flore galericulato, J. L. est *Stachys palustris foetida*, C. B. Pin. 236.
- Muscus filicinus minor repens, J. L. est *Muscus Filicinus major*, C. B. Pin. 360.
- Muscus bifolius procumbens foliis subrotundis, J. L. est *Muscus polytrichoides fol. latis subrotundis*, Raj. Synops. 35. *Musc. Trichomanes facie, fol. utrinq; rotundis splendentibus, Jungermanni.*
- Muscus ramosus erectus oblongifolius, J. L. est *Musc. ad polytrichoidem accedens, arbusculam referens, foliis longis*, Raj. Synops. 36. reperitur aliquando cum capitulis.
- Muscus erectus, fol. in orbem sparsis, J. L. est *Musc. stellaris, roseus*, C. B. Pin. 361. & Prodr.
- Muscus Cupressi-formis ramosus J. L. est *Muscus coraloides πλατυδασύφυλλος tuberculis pulverulentis donatus*, Doody, Raj. Syn. 332.
- Muscus arboreus pyxioides pilosus, J. L. est *Muscus arboreus capitulis cavis*, C. B. Pin. 361. *Muscus alter πλατυωνοδασύφυλλος*, Column. ΕκΦεγας, 335. ubi etiam figura reperitur, sed *Laeseliana* praestat.
- Muscus pulmonarius corpusculis fuscis papillatus, J. L. est *Lichen terrestris cinereus*, Raj. Syn. 23.
- Muscus aquaticus ceratoides, J. L. est *Spongia species elegans nova.*

Muscus

- Muscus aquaticus denticulatus, J. L. est *Muscus aquaticus terrestri vulgari similis, sed major.* Raji Synops. 37. *Fontalis minor lucens, J. B.*
- Muscus aquaticus bombycinus retiformis, J. L. est *Conserva reticulata, Raji Hist. App. 1852.*
- Myagrurn monospermon, hirsutum, siliquis rotundis, J. L. est *Myagro similis siliqua rotunda, C. B. Pin. 109. & Prodr.*
- Ophris *μυρόφυλλος* bulbosa, J. L. & *δύφυλλος*, J. L. *foliorum numero saltem differunt, sunt q̄ Chamæ-Orchis lilifolia, C. B. pin 84.*
- Orchis Muscæ corpus referens maculosa, J. L. est *Cynorchis militaris, pratensis humilior, C. B. Pin. 81. Orchis Panonica IV. Clusii Hist.*
- Orchis coleo unico &c. J. L. est *Monorchis bifolia, floribus pallide virentibus, Prussica, Mentzel. Pugil.*
- Potamogeton Gramineum latifolium, J. L. est *Potamogeton caule compresso fol. Graminis Canini, Raj. Hist. 189.*
- Potamogeton Gramineum tenuifolium, J. L. est *Potamogeton pusillum gramineo folio, caule rotundo, Raj. Hist. 190.*
- Pyrola acutifolia Polyanthos radice geniculata, J. L. est *Pseudo-Orchis, C. B. Pin. 84. Orchis minor radice repente, Camerarii.*
- Quinquefolium erectum, luteum, dorso foliorum incano, J. L. est *Quinquefolium folia argenteo, C. B. Pin. 325.*

C Ranun-



16 JOHANNIS PHILIPPI BREYNI PRÆFATIO.

Ranunculus nemorosus hirsutus foliis Caryophyllatæ,
J. L. est Ran. mont. subhirsutus Geranii folio, C. B.
Pin. 182. Ran. mont. subhirsutus latifolius, C. B. Pro-
drom. 95.

Ranunculus Aconitifolius, fol. rotundo ad radicem
præstolante, J. L. est Ran. rotundifolius, vernus,
Sylvaticus major, vel Cassubicus, foliis Thora seu Cal-
the, Brey. Prodr. 1. 45.

Scrophularia aquat. major caule fimbriato, J. L. est
Scrophul. aquat. major, C. B. Pin. 235.

Spergula bifolia lini capitulis, J. L. est Alsine minor Lini
capitulis, C. B. Pin. 251.

Spergula perpusilla, lanceatis foliis, J. L. est Alsine
palustris exigua, fol. lanceolatis, plantaginella aquat.
instar, stoculis albis vix conspicuis, Mentzelii Pugil.

Valeriana palustris fol. subrotundis, J. L. An Valeriana
palustr. media parum laciniata, C. B. Pin. 164.

Vitis Idæa Rorismarini folio, averfa parte albido &
nervoso, J. L. est Cistus Ledon. fol. salicis angustifo-
lia, C. B. Pin. 468. Rosmarinum sylv. ἀόσμος Clusii Hist.

Hæ primariæ sunt Plantæ circa quas hallucinati
sunt Doctissimi Viri supra laudati, dum eas pro non
descriptis habuerunt, quarum pleræque C. Bauhino
jam fuere cognitæ, ut ex dictis patet. Cætera alia oc-
casionè corrigam. Interim Vale L. B. & conatibus
nostris fave. Dabam Gedani, Anno 1712. ipsis Ca-
lendis Martii,

* *
*

M. GE-



M. GEORGIUS ANDREAS HELWING,

Past. Angerburg. & R. Soc. S. B. M.

BENEVOLO LECTORI

SALUTEM!

Nonnullas Plantarum species, quas multis abhinc annis per Prussiam observavi Tibi L. B. hoc libello exhibeo. Quas (ut eo studio mirifice semper delectatus sum) partim manu pictoria ad vivum delineatas, partim singulari industriâ exsiccatas, & in *Herbaria*, uti dicuntur *Viva*, quorum unum exemplar in Bibliothecam Regiam Regiomontanam redditum, delatas, hucusque propriæ delectationis gratia asservavi. Nec fuisset animus hujus rei operam publicæ luci exponere. Præprimis cum nonnulli Catalogi, Virorum in hoc scientiæ genere exercitatissimorum, Plantas Borussicas enumerantes & jam dudum & nuper typis mandati extant. Inter quos primas tenet Excell. Dn. Joh. Gottschedii edita *FLORA*

C 2

PRUS.

PRUSSICA. Verùm cum larga Omniparens natura adeò fecunda sit, ut ab uno homine reconditissima ejus arcana erui simul non potuerint: sed alios atq; alios exoriri necesse fuerit, qui ex ejus latebroso sinu nonnulla proferrent, aliis nondum plenè cognita, juxta effatum Romani Philofophi: *alium alio invenire posse plura, neminem omnia.* Hinc operæ præmium duximus fore, si in gratiam Botanophilorum Enumerationem Plantarum tam spontè natcentium & in Prussiâ hactenus nondum observatarum, quàm reliquarum Inquilinarum additis quibusdam annotationibus evulgaremus, & numerum Plantarum hactenus in Prussia per typos cognitarum, ducentis ferè & quinquaginta auferemus plantis. Dederunt quidem nobis anam indagandi quasdam Plantas Patres nostri, in primis Reverendissimus *Johannes Wigandus*, S. S. Theologiæ Doctor & Episcopus quondam Pomezaniensis, qui Tractatum *de Herbis in Borussia nascentibus* conscripsit, (quem Johannes Rosinus, Pastor Wikerstadiensis in Thuringia Anno 1590. Jenæ in Octavo edidit) in quo non solum inchoationem describendarum herbarum Borussicarum sibi relinquendam voluit, sed etiam designatione loci natalis in quo proveniunt, de plurimis herbis nos reddidit certiores. Cui accensendus *Elias Wolffius* Pastor quondam Angerburgensis & Antecessor in officio meritisimus, in re herbaria non infimus, qui circa Annum 1595. vixit, & in hortum ministro Ecclesiæ hujus loci dicatum, ex Sylvis, frutetis & campis adjacentibus, permultas herbas transtulit. Quibus annumerari merito potest D. *Christianus Mentzelius*, Serenisf. Elect. Brand.

Brand. Confiliarius & Archiater, qui in *Indice Plantarum Universalis*, quarundam plantarum quondam in juventute in Borussia deprehensarum & observatarum, mentionem fecit. Interim quia pleræque, licet in gremio nostrum omnium matris dudum quidem extiterint & floruerint, ab oculis tamen eruditorum hæcenus fuerint remotæ, & in occulto abditæ, hæc *FLORA* nostra *QUASI* noviter *MODO* tum in Patriæ, tum Orbis literarii commodum *GENITA*, sicque verè *QUASIMODOGENITA*, sub Titulo *Plantarum Indigenarum* in conspectum publicum produnt; quo nomine non solum has complectimur, quæ sponte sua hic proveniunt, sed etiam quæ ex aliis Oris huc delatæ, frequentiore culturâ, nostro polo & solo asvescunt, civitateque donata sunt: in quarum ordinem arbores, fæta & quæcunq; quotannis è terrâ nostrâ, ut è genuino suo gremio exsurgunt, jure meritoq; revocavimus. Nec tamen ejus generis omnes, Exoticarum enim omnium, quæ per delata semina apud nos propagantur, nomina, hic recensere animus non est; sed solummodo earum, quæ aut alimento, aut quotidiano usui Medico communiter inservire solent; sequuti exempla Clarissimorum Botanographorum tam Prussicorum ut Læselii & Gottschedii, qui in Flora sua sponte nascentibus nonnullas exoticas plantas, ut Sature jam fativam, Helenium, Sedum majus, Raphan. majorem s. rusticantum, Sambucum & id genus alia, annumerarunt, quàm extraneorum, ut Celeberrimi Mauritii Hoffmanni, qui in Flora Altorffina, Joh. Commelini, qui in Catalogo Plantarum Hollandicarum (plurimis aliis ommissis) idem observarunt. Nos in-

20 M. GEORGH ANDR. HELWING PRÆFATIO.

tereâ animis præprimis in ipso ætatis flore constitutis, in hâc Scientiâ eò jucundiùs efflorescendi occasionem daturi, & potissimum Patriæ, floridissimæ pacis beneficîo perfruentis, singulare demonstraturi divinæ benedictionis testimonium, Te L. B. rogamus, ut hâc nostrâ operâ æquo animô uti velis, & nos benevolentia Tuæ habere commendatos, eoq; ipso ansam præbere, propediem non solum Viridario Prussiæ, addito accuratô Indice, Latino - Polonico - Borussico hæctenus nullibi edito, (si DEUS vitam, vires & tempus concefferit) Patriæ inserviendi, sed etiam Historiâ Lapidum & Fossilium quorundam, ad Rerum in Borussâ Naturalium Historiam non parum facientium, desiderio multorum satisfaciendi. Vale.



EX.

EXPLICATIO
NOMINUM AUCTORUM,

IN HISCE PAGELLIS CITATORUM.

- Tb. Barthol.* Thomæ Bartholini Acta Hafniensia.
C. B. Pin. Caspari Bauhini Pinax Theatri Botanici.
C. B. Prod. Caspari Bauhini Prodrômus Theatri Botanici.
J. B. Joannis Bauhini Historia universalis Plantarum.
J. Breyn. Centur. Jacobi Breynii exoticarum aliarumq; minus cognitarum Plantarum Centuria.
J. Breyn. Prodr. I. Jacobi Breynii Prodrômus primus Fasciculi rariorum Plantarum.
Column. Fabii Columnæ minus cognitarum stirpium ^{Ex *Deagon.*}
Clus. Hist. Caroli Clusii rariorum Plantarum Historia.
Dodon Remberti Dodonæi, Stirpium Historiæ Pemptades sex.
Flor. Pruss. Flora Prussica, s. Plantæ in Borussia sponte nascentes Joannis Læselii, nuper auctior edita á Joanne Gottsched.
Hoffmann. Mauricii Hoffmanni Floræ Altorfinæ delicia silvestres.
Lobel. Icon. Matthiæ Lobelii Plantarum seu stirpium Icones.
Matthioli. Petri Andreæ Matthioli Commentarii in sex Libros Pedacii Dioscoridis.
Menzel. Christiani Mentzelii, Pugillus rariorum Plantarum, ad calcem Indicis Ejusdem editus.
Miscell. Curios. Miscellanea Curiosa, seu Ephemerides Medico-Physicæ Germanicæ Academiæ Imperialis Leopoldinæ Naturæ Curiosorum.
Morif. Hist. Ox. Plantarum Historiæ Oxoniensis Pars II. Auctore Roberto Morison.
Raj. Hist. Joannis Raji Historia Plantarum.
Raj. Synops. Jo. Raji Synopsis Methodica Stirpium Britannicarum.
Schwenck. Stirpium & Fossilium Silesiæ Catalogus, à Casparo Schwenckfeld.
Tabern. Jac. Theodori Tabernæ montani Kräuter-Buch.
Trag. Hieronymi Tragi de Stirpibus Libri tres.
Wigand. Joannis Wigandi Tractatus de Herbis in Borussia nascentibus.

EPI-

EPIGRAMMA

AD PLURIMUM REVERENDUM
DOMINUM AUTHOREM,
HONORE BISELLII DIGNISSIMUM,
AFFINEM SUUM SVAVISSIMUM.

* * * * *
* * * * *

PRussiacas, *Clare HELWINGI*, dum colligis herbas,
Præfulis officio fungeris & Medici.
Quàm benè conveniunt ambo in *TE*. Namq; mederis
Corpori, & unà animæ. Sic homo sanus erit.
Commonstrans hominis vitam ipsis ocys herbis
Mortis inopinâ falce perire trucid.
Sic meliora doces. Et si fors cernis egenum
Corpus, ei herbarum *TU TE* mederis ope.
Sic dum Prussiæ flores herbæque manebunt,
Floreat *HELWINGI* nomen honorque *TIBI*.

Ex sincerissimo voto

JOANNES REYER,
Sacræ Regiæ Majest. Boruff. à Consil.
Aulæ & Legationum.

FLO.

FLORA QUASIMODOGENITA,
 five
 Enumeratio aliquot Plantarum
 in Prussia indigenarum.

I.

A Brotanum campestre, capitulis, five globulis tomentosis. *Hinter Eßgen / mense Augusto*. Abortiva Planta videtur.

II. Acetosa palustris flore & caule ruberrimo. *Gang rohter Bruch. Saurampff. Im rohten Stadt. Bruch bey Zugerburg. Junio.*

III. Acetosa Ocymifolia palustris polyspermos, *Hoffmann. ibidem, Augusto.*

IV. Adiantum album, *Tabern. & officin. Ruta muraria, Dodon. & C. B. Pin. 356. Adiantum, Wigandi.*

V. Adiantum aureum, *Tabern. Polytrichum aureum majus, C. B. Pin. 356. Groß gülden Wieder. Todt / Frauen / oder Venus - Haar. In Muscosis, Aprili.*

VI. Allium campestre, juncifolium, capitatum, purpurascens, majus, *C. B. Pin. 74. Allium silvestre tenuifolium, Lobel, Icon. Korn. Zwieblen oder Saat. Knobs lauch. Junio floret, sed Majo colligitur loco Porri scilicet culinis usitatum.*

VII. Allium sativum, *C. B. Pin. 73. Dod. & Lobel. Garten. Knoblauch. Julio, in hortis rusticis.*

VIII. Alfine aquatica minor & fluitans, *C. B. Pin. 251. Alfine fluviatilis, Tabern. Fluß. Vogel. Kraut. Plan-*

D

tula

tula humilis est, ferè Serpillifolia. *In lacunis*, bey An-
gerburg/ *August.*

IX. *Alfne nodosa Germanica*, C. B. *Pin.* 251. *Bey*
der Brüden bey Nomeyten / im Angerburgischen. *August.*

X. *Alfne maxima Solanifolia*, *Mentzel. Pug. Junio.*

XI. *Alfne maritima minor floribus ex albo puni-*
ceis, *Mentzel. ad littora maris Baltici.*

XII. *Alfne palustris minor Serpillifolia*, C. B. *Pin.*
251. *In pratis humidioribus arenosis*, bey *Edersberg.*

XIII. *Althæa Dioscoridis & Plinii*, C. B. *Pin.* 315.
Ibifcus, *Wigandi. Sibifsch.*

XIV. *Anemone sylvestris, alba, major*, C. B. *Pin.*
176. *Anemone magna alba, plurima parte anni flo-*
rens, *J. B. 3. 411. Weiße Anemonen = Köflein. Auf*
dem hohen Schloßberge Grodzisko bey Edersberg im Rheis-
nischen. Jun. & Jul. copiosè.

XV. *Anemone sylvestris, flore incarnatè friato.*
ibidem.

XVI. *Anethum hortense*, C. B. *Pin.* 147. *Anethum*,
J. B. & Dodon. Dill. Jun.

XVII. *Anonymos Lini folio*, *Clus. Hist.* 324. *Linaria*
montana, flosculis albicantibus, C. B. *Pin.* 213. *in*
ruderibus Montis Grodzisko. Maj. & Jun.

XVIII. *Aparine aspera, pratensis, minor.* *In pratis*
humidis. Jun.

XIX. *Apium hortense, seu Petroselinum vulgò*
C. B. Pin. 153. *Petersilie. In hortis Oleraceis.*

XX. *Apium Montanum folio picto deaurato.* *Sams-*
lot mit verguldeten Blättern. In monte Grodzisko.

XXI. *Artemisia rubra maritima*, *Mentzel. ad littora a*
maris Baltici.

XXII.

XXII. Asparagus sativus, *C. B. Pin.* 489.

XXIII. Aster Atticus cœruleus vulgaris, *C. B. Pin.* 267. Aster Atticus purpureo flore, *J. B. 2.* 1044. **Blau Stern-Kraut** / *copiosè in monte Grodzisko, Jul. & Aug.*

XXIV. Astragalus luteus, perennis, procumbens, vulgaris seu sylvestris, *Morison. Hist. Ox. Part. 2.* 107. Glycyrrhiza sylvestris, floribus luteo-pallescentibus, *C. B. Pin.* 352. **Glauz vulgaris, Lob. Stein-Weiden / Bären- oder Wolfs-Schöthen.** *crescit in saltibus asperis inter arbuscula & sylvis caduis, Jul. & Aug.*

XXV. Astragalus perennis spicatus, floribus pallidis, nigris radiis notatis, *Morison. H. Ox. P. 2.* 107. Onobrychis spicata floribus pallidis nigris radiis notatis, *C. B. Pin.* Onobrychis tertia, *Clusii. Hist.* 239. **By Ekersberg im Reinschen Ampt** / *in monte Grodzisko, copiosè.*

XXVI. Atriplex hortensis alba, seu pallidè virens, *C. B. Pin.* 119. **Weisse Melde.**

XXVII. Atriplex hortensis rubra, *C. B. Pin.* 119. **Rohre Garten-Melde.** *Jun.*

XXVIII. Avena vulgaris, seu alba, *C. B. Pin.* 23, & *J. B. Haber.*

XXIX. Avena nigra, *C. B. Pin.* 23. **Schwarzer Haber.**

XXX. Bellis lutea foliis profunde incisiss major, florum radiis albis. **Gold-Blum mit weisser Blüht.** *Jul. & Aug. inter segetes.*

XXXI. Betonica floribus latè incarnatis. **Fleischfarbichte Betonien;** *in der Orzegorschen Heyde bey Ekersberg. Jul.*

XXXII. Beta alba, vel pallescens, quæ Cicla Officinarum, *C. B. Pin.* 118. alba, *Dodon.* candida, *Lobel.* **Weisse Beten / Nostratibus Zwickeln.** *Jul.*

XXXIII

XXXIII. Beta rubra vulgaris, C. B. Pin. 118. Beta rubra, J. B. Kohte Beten. mens. eod.

XXXIV. Beta rubra radice Rapæ, C. B. Pin. 118. Beta radice rubrâ, crassâ, J. B. Kohte Rieben. Kohte Zwifeln Nostr. mens. eod.

XXXV. Berberis dumerorum, C. B. Pin. 454. Berberis vulgo, quæ est Oxyacantha putata, J. B. Spina acida, Dodon. Rabarber. Beeren Nostratibus, Maj.

XXXVI. Bistorta minima, spicâ proliferâ. In dem Damerauschen Wiesen. mens. eod.

XXXVII. Blattaria lutea, folio longo laciniato, C. B. Pin. 240. Blattaria, Dodon. Blattaria lutea, J. B. Wigand. Mottenkraut. Goldknapfflein. Bey Wenzewern im Ederbergischen / in pratis & circa sepes. Junio.

XXXVIII. Brassica sylvestris hispida non ramosa, C. B. Pin. 112. Turritis, Lobel. Durchwachs. Inter seges. mens. eod.

XXXIX. Brassica sylvestris, hispida, non ramosa, foliis incisus & hispidis. *ibid. eod.*

XL. Brassica sylvestris foliis Glassi, Jungermann. Turrita major, clus. bey Lillit zu Baydzen / copiosè circa sepes hortorum. Maj.

XLI. Brassica capitata alba, C. B. Pin. 111. Kraut / Kombs / quasi Compos. Kraut / à componendo. Junio.

XLII. Brassica capitata rubra, C. B. Pin. 111. Kohter oder brauner Kombs. eod.

XLIII. Brassica alba vel viridis, C. B. Pin. 111. vulgaris, fativa, Lobel. Kohl. Jun.

XLIV. Brassica rubra, C. B. Pin. 111. Brauner Kohl. mens. eod.

XLV. Brassica Gongylodes, C. B. Pin. 111. Brassica

ca caulorapa, *J. B.* Brassica caule Rapum gerens,
Dodon. Rüben:Kohl

XLVI. Brassica alba crispa, *C. B. Pin. III.* Brassica
Sabauda, rugosa, *J. B.* Savoyen:Kombst / oder Welscher
Kohl. *Jun.*

XLVII. Brassica fimbriata, *C. B. Pin. 112.* Brassica
crispa laciniosa, *J. B.* Krauser Kohl.

